

cultando, nominetur, vel scribatur. Si igitur DEVS alicui gratiam illam dederit, is eam etiam intelligat: & revera illud mundo videtur impossibile, qui vero illud amant, illi pro hominibus nequam, & verberonibus plerumque æstumantur: quodque idem viri Doctissimi, vtpote Doctores, & alij, reperire nequeant, in causa est, quod numquam ad rem istam intenti fient, quamvis eandem cottidie præ oculis suis habeant, nihilominus tamen illi fidem nullam tribuunt, quod videlicet tantam in se virtutem habeat: Ipsis quoque nemo illud persuadere potest, dum naturam, intellectumque suum sequuntur: iccirco etiam illud, nimia præ sapientia, reperire possunt, quum captum ipsorum transcendat, Dei opus fiet, & natura fiet, & per naturam operetur. Quocirca rerum imperiti permanent.

ALIA BENEDICTI NOSTRI

lapidis cognitio.

Philosophus Morienus ait, & lapidem nostrum aquam nuncupat, in quo sane nullum scripsit mendacium: ô aquam in acerba specie, quæ tu elementa conseruas! ô naturam vicinitatis, quæ tu naturam soluis! ô naturam optumam, quæ tu naturam ipsum superas! ô naturam maxumam, quæ tu purificationem conjungis! ô flexibilem curvamque naturam, quæ tu naturam exaltas! cum lumine coronata & nata es, & quæ tu quatuor elementa in te ipsa conseruas, & quinta essentia ex te orta est: illius simplices simplicatis gaudent, quod natura concepta, accumulatio ante accumulationem, ignota hominum pro-

N n 2

posito,

Handwritten notes in a cursive script, likely a marginalia or commentary, partially obscured by the main text.